zei ⁊ ſcribe dicētes. Quia hic pctōres recipit ⁊ man
ducat cum illis. Et ait ad illos parabolam iſtā di
cens. Quis ex vobis homo qui hꝫ centū oues. ſi ꝑ
diderit vnā ex illis. Nonne dimittit nonagintano
uē in deſerto ⁊ vadat ad illā q̄ perierat donec inue
niat illā. ⁊ cū inuenerit illaꝫ imponit in humeros
ſuos gaudēs ⁊ veniēs domū ꝯuocat amicos ⁊ vici
nos ſuos dicēs illis. Cōgratulamini mihi qꝛ inueī
ouē meā que perierat. Dico aūt vobis ꝙ ita gaudiū
eſt in celo ſuꝑ vno peccatore penitentiam agente.
ꝙ̄ ſuꝑ nonaginta nouē iuſtis q̄ non indigent peni
tentiam. Aut que mulier habens dragmas decem
ſi ꝑdiderit dragmā vnam. nonne accendit lucernā
et euertit domū ⁊ querit diligenter donec inueniat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

et cū inuenerit ꝯuocat amicos ⁊ vicinos dicēs . Cō
gratulamini m̄ qꝛ inueni dragmā quā ꝑdiderā Ita
dico vobis gaudiū erit coram angelis ſuꝑ vno pec
catore pn̄iam agente

Dn̄ica. iiij. Ad roma. viij.

FRes exiſtimo ꝙ non ſunt ꝯdigne paſſiones
h⁹ tp̄is ad futurā gl̄az q̄ reuelabitur in vo-
bis. Nā expectatio creature reuelatōem filioꝝ expe-
ctat. Vanitati āt creatura ſubiecta ē. non volens.
ſed ꝓpter eū qui ſubiecit eam in ſpe qꝛ ⁊ ipſa creatu
ra liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertatē
gl̄e filioꝝ dei. Scim⁹ eī ꝙ oīs creatura ingemeſcit
et ꝑturit vſqꝫ adhuc. non ſolū āt illa. ſꝫ ⁊ nos p̄mi
cias ſpirit⁹ hn̄tes ⁊ ipſi inter nos gemim⁹ adoptio
nē filioꝝ dei. expectantes redēptōem corꝑis nr̄i. In
chriſto ieſu dn̄o nr̄o

Luce ſexto.

IN illo tp̄e. d.i.d.ſ. Eſtote miſericordes. ſi
cut ⁊ pater veſter miſericors eſt. Nolite iudi
care. vt non iudicabimini. nolite condemnare. ⁊
non condemnabimini. dimittite ⁊ dimittemini. da
te ⁊ dabitur vobis. Menſurā bonam ⁊ ꝯfertam ⁊
coagitatā ſuꝑfluentem dabunt in ſinū vr̄m. Eadē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

q̄ppe mẽſura q̄ mẽſi fueritis remetief vobis Dice bat āt ſiſitudinem. Nūqd p̄t cec⁹ cecū ducere. non ne ābo in foueā cadūt? n̄ eſt diſcipul⁹ ſupra mgr̄m Perfect⁹ āt oīs erit ſi ſit ſicut ⁊ mgr̄ e⁹. Quid āt vi des feſtucā in oculo fr̄is tui. trabem aūt q̄ in oculo tuo eſt non ꝯſideras? Et quō potes fr̄i tuo dicere fr̄ ſine eijtiā feſtucā de oculo tuo. ipſe in oculo tuo trabē non videns Jpocrita eijce p̄mū trabē de ocu lo tuo ⁊ tunc ꝓſpicies vt educas feſtucam de oculo fr̄is tui

Dñica. v. Prima petri. iij.

Cariſſimi. Oēs vnanimis in oratione eſtote compacientes fr̄nitatis amatores miſericor des modeſti hūiles. n̄ reddentes malū ꝓ malo nec maledictū ꝓ maledicto. ſʒ econtra bn̄dicentes. q2 in hoc vocati eſtis vt bn̄dcōem hereditate poſſidea tis. q̄ ei vult vitā diligere ⁊ videre dies bonos. coer ceat linguā ſuā a malo ⁊ labia e⁹ ne loq̄tur dolū. de clinet a malo ⁊ faciet bonū. inq̄ret pacē et ſeq̄f eā. q2 oculi dn̄i ſup iuſtos et aures e⁹ in p̄ces eoꝝ. Vul t⁹ āt dn̄i ſup facientes mala. et q̄s eſt q̄ vobis noce at ſi boni emulatores fueritis. Sed ſi q̄d patimini

ꝓpter iuſticiā dñi Timorē āt eoꝝ ne timueritis. vt
vos ñ ꝯturbemini dñm āt chriſtū ſcitate in cordibꝫ
vris

Luce. v..

In illo tpe. Cum turbe irruerent ad ieſum.
vt audirent verbū dei. Et ipſe ſtabat iuxta
ſtagnū genazareth ⁊ vidit ibi duas naues ſtantes
ſecꝰ ſtagnū. Piſcatores autem deſcenderant. ⁊ la
uabant rethia ſua. Aſcendens autē in vnā nauim
que erat ſimonis. Rogauit eū a terra reducere pu-
ſillū. Et ſedēs dicebat de nauicula turbas Vt ceſſa-
uit āt loqui. dixit ad ſimonē Duc in altū ⁊ laxate re
thia vrā in capturā. Et rñdens ſimonpetrꝰ dixit il
li. Preceptor ꝑ totā noctē laborantes nihil cepimꝰ
in verbo tuo laxabo rethe. Et cū hoc feciſſet ꝯcluſe
runt piſciuꝫ multitudinē copioſam. Rumpebat āt
rethe eoꝝ. Et annuerunt ſocys q̀ fuerāt in alia naui
vt venirent ⁊ adiuuarent eos ⁊ venerunt ⁊ impleue
runt ambas nauiculas ita vt pene mergerent. Qđ
cū videret ſimonpetrꝰ ꝓcidit ad genua ieſu dicens
Exi a me qꝛ homo peccator ſum dñe. Stupor eniꝫ
circumdederat eū ⁊ . omnes qui cū illo erant in cap
tura piſcium quam ceperant. Similiter autem ⁊

iacobū ⁊ ioannē filios zebedei q̄ erāt ſocij ſimonis.
Et ait ad ſimonē ieſus Noli timere ex hoc iā hoīes
eris capiens Et ſubductis ad terrā nauib⁹ relictis
oīb⁹ ſecuti ſunt eū.

Dn̄ia. vi. Roma. vi.

FRēs q̄cunq₃ baptizati ſum⁹ in chriſto ieſu.
in morte ipſi⁹ baptizati ſum⁹ Cōſepulti eni
ſum⁹ cū illo p̱ baptiſmū in mortē. vt quō ſurrexit
chriſt⁹ a mortuis p̱ gl'am p̄ris Ita ⁊ nos in nouita
te vite ambulem⁹ Si ei ꝯplantati facti ſum⁹ ſimili
tudini mortis e⁹ ſimul ⁊ reſurrectionis erim⁹. Hoc
ſcientes q꞉ vetus homo nr̄ ſimul crucifix⁹ eſt vt de
ſtruatur corp⁹ pc̄ti. ⁊ vltra non ſeruiam⁹ peccato.
Qui ei mortu⁹ eſt iuſtificat⁹ eſt a pc̄tō. Si āt mor
tui ſum⁹ cū chriſto. credim⁹ quia ſimul etiā viue
m⁹ cū illo. Scientes quia chriſt⁹ reſurgens a mor
tuis iā non moritur mors illi vltra non dn̄abitur.
Q̄ꝫ ei mortu⁹ eſt peccato mortu⁹ eſt ſemel. q̄ꝫ aūt vi
uit viuit deo. Itaq₃ exiſtimate vos mortuos. mor
tuos quidē eſſe pc̄tō. viuentes āt deo. In chriſto ie
ſu dn̄o nr̄ō.

Mathei quinto

IN illo tempore Dixit ieſus diſcipulis ſuis

Niſi abundauerit iuſticia vrā pl9 q̄ ſcribarū ⁊ pha
riſeoꝝ non intrabitis in regnū celoꝝ. Audiſtis qꝛ
dcm̄ eſt antiq̄s. non occides. q̄ aūt occiderit reus ē
iudicio Ego aūt dico vobis qꝛ oīs q̄ iraſcitur frī ſu
o re9 eſt iudicio. q̄ aūt dixerit frī ſuo racha re9 eſt ꝯſi
lio. q̄ dixerit frī ſuo fatue re9 eſt iehenne ignis Si
ergo offers mun9 tuū ad altare ⁊ recordat9 fueris
qꝛ frī tu9 habuit aliq̄d aduerſum te relinque ibi mu
n9 tuū ante altare. ⁊ vade prius recōciliari frī tuo
et tunc veniens offers mun9 tuū.

Dn̄ica octaua Ad roma. vi.

Hūes humanū dico ꝑpter infirmitatem car
nis vrē. ſicut ei exhibuiſtis membra vrā ſer
uire imundicie ⁊ iniq̄tati ad iniquitatē: ita nunc ex
hibete membra vrā ſeruire iuſticie ⁊ ſcificatōem cū
eī ſerui eſſetis peccati liberi fuiſtis iuſticie. quē ergo
fructū habuiſtis tunc ex illis in quibus nunc erube
ſcitis. Nā finis illoꝝ mors eſt. nunc vero liberati
a peccato ſerui aūt facti dei habetis fructum vrm̄ in
ſcificationē: finem vero vitā eternā. Stipendia ei
peccati mors: gracia aūt dei vita eterna In chriſto
ieſu dn̄o noſtro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

Marci.viij.

In illo tpe. Cū turba multa eſſet cū ieſu. nec haberent qd̄ manducarent. Conuocatis diſcipulis ſuis ait illis Miſereoꝛ ſup turbā qꝛ ecce iam triduo ſuſtinent me nec hn̄t quod manducent. ⁊ ſi dimiſero eos ieiunos in domos ſuas deficiēt in via. quidā eni de longe venerūt. Et rn̄derūt ei diſcipuli ſui. Unde iſtos q̄s poterit hic ſaturare panibus in ſolitudine? Et interrogauit eos. q̄t panes hētis? Qui dixerunt. ſeptē. Et p̄cepit turbe diſcūbere ſup terrā. Et accipiens ſeptē panes grās agens fregit et dabat diſcipulis ſuis vt apponerent. ⁊ appoſuerunt turbe ⁊ hēbant piſciculos paucos. ⁊ ipſos bn̄dixit ⁊ iuſſit apponi ⁊ manducauerūt ⁊ ſaturati ſunt Et ſuſtulerūt quod ſupauerat de fragmentis ſeptē ſpoꝛtas Erant āt qui manducauerunt q̄ſi quatuoꝛ millia ⁊ dimiſit eos

Dn̄ica.viij. Roma.viij.

Frēs debitoꝛes ſum⁹ non carni. vt ſcdm carnem viuam⁹ Si eī ſcdm carnē vixeritis moriemini. Si autē ſpū facta carnis moꝛtificaueritis viuetis Quicunqꝫ enim ſpū dei aguntur hi ſunt filij dei. Non enim accepiſtis ſpm̄ ſeruitutis in timo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

re ſz accepiſtis ſpm̄ adoptionis filioꝝ in q̊ clamaꝰ. abba pr̄ Ipſe ei ſp̄s teſtimoniū reddet ſpiritui nr̄o ꝙ ſumꝰ filij dei. ſi āt filij ⁊ heredes. heredes q̄dem dei coheredes āt chriſti.

Mathei. vij.

In illo tp̄e Attendite a falſis ꝓphetis q̄ veniūt ad vos in veſtimentis ouiū intrinſecꝰ āt ſunt lupi rapaces A fructibꝰ eoꝝ cognoſcetis eos Num q̄d de ſpinis colligūt vuas: aut de tribulis ficus. Sic oīs arbor bona bonos fructꝰ facit. mala āt arbor malos fructꝰ facit. Non p̄t arbor bona fructꝰ malos facere. neq; arbor mala fructꝰ bonos facere Oīs arbor q̄ non facit fructū bonū excidet ⁊ in ignē mittet Igitur ex fructibꝰ eoꝝ cognoſcetis eos Non oīs qui dicit mihi dn̄e intrabit regnū celorū. ſed q̄ facit voluntatē pr̄is mei q̄ in celis eſt. ipſe intrabit in regnū celorum

Dn̄ica nona. Corin. x.

Frēs Non ſumꝰ ꝯcupiſcentes malorum ſicut et illi concupierunt. neq; ydolatre efficiami ni ſicut quidā ex ipſis quemadmodū ſcriptū ē. Se dit pp̄ls manducare ⁊ bibere ⁊ ſurrexerunt ludere.

neqꝫ fornicemur ſicut q̄dam ex ipſis fornicati ſunt
et ceciderūt vna die .xxiij. millia. neqꝫ tētem⁹ chꝛſtū
ſicut q̄dam eoꝝ tentauerūt ⁊ a ſerpentib⁹ perierūt. ne
qꝫ murmurauerit is ſicut q̄daꝫ murmurauerūt ⁊ pie
rūt ab exterminatoꝛe. Hec aūt oīa in ſignis ꝯtinge
bant illis Scripta ſunt āt ad coꝛreptōem nr̄am in
q̄s fines ſcl'oꝝ deuenerūt Itaqꝫ q̄ ſe exiſtimat ſtare
videat ne cadat. Tētatio vos non app̄hendat niſi
humana. Fidelis āt de⁹ eſt q̄ non patiť vos tētari
ſup id quod poteſtis Sed faciet cū tētatione ꝓuen
tū vt poſſitis ſuſtinere.

Luce .xvi.

IN illo tp̄e. d.i.d.ſ. parabolā hanc. Homo
q̄dam erat diues qui habebat villicū Et hic
diffamat⁹ eſt apud illū quaſi diſſipaſſet bona illi⁹
Et vocauit illum: ⁊ ait illi. Quid hec audio de te?
redde rationē villicationis tue. Iā enim non pote
ris villicare. Ait autem villicus intra ſe. Quid fa
ciam? q2 dn̄s aufert a me villicationē. Fodere non
valeo. mendicare erubeſco. Scio quid faciam. vt
cum amotus fuero a villicatione recipiāt me in do
mos ſuas Conuocatis itaqꝫ ſingulis debitoꝛibus
domini ſui dicebat primo. Quantum debes domi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

no meo. At ille dixit. Centū cados olei. Dixitqꝫ il
li. Accipe cautōem tuā ⁊ ſede cito ⁊ ſcribe quinqua
ginta. Deinde alio dixit. tu vero q̄ntuꝫ debes? qui
ait. Centū choros tritici Ait illi Accipe lr̄as tuas ⁊
ſcribe octoginta. Et laudauit dn̄s villicum iniq̄ta
tis qꝛ prudenter feciſſet. qꝛ filij h9 ſeculi prudentio
res filijs lucis in generatione ſua ſunt. Ego dico
vobis. Facite vobis amicos de mammona iniqui
tatis. vt cum defeceritis recipiant vos in eterna ta
bernacula.

Dn̄ica. x. Cor. xij.

FRēs Scitis qm̄ cum gentes eſſetis ad ſimula
chra muta ꝑut ducebamini euntes. iō notū
vobis facio. ꝙ nemo in ſpū dei loq̄ns dicit anathe
ma ieſu ⁊ nemo p̄t dicere dn̄s ieſus niſi in ſpū ſcō.
Diuiſiones ergo grār̄um ſunt. idem āt ſpūs. ⁊ di
uiſiones miniſtrationū ſunt idem autem dn̄s. ⁊
diuiſiones oꝑationuꝫ ſunt. idem vero de9 qui ope
ratur omnia in omnib9 Vnicuiqꝫ autem datur ma
nifeſtatio ſpirit9 ad vtilitatem Alij quidem ꝑ ſpm̄
datur ſermo ſapientie. Alij autem ſermo ſcientie.
ſcd̄m eundem ſpm̄. Alteri fides in eodem ſpiritu.
Alij gracia ſanitatū in vno ſpiritu. Alij oꝑatio v̄

tutū. alij pphetia. alij diſcretio ſpirituū. Alij gn̄a
linguarū. alij inſptatio ſermonū. Hec āt oīa opatz
vnꝰ atqꝫ idem ſp̄s diuidēs ſingulis put vult.

Luce. xix..

IN illo tp̄e. Cū appropinquaret ieſus iheru-
ſalem videns ciuitatē fleuit ſup illā dicens.
Quia ſi cognouiſſes ⁊ tu: ⁊ q̄dam in hac die tua q̄
ad pacem tibi nunc autē abſconndita ſunt ab ocu-
lis tuis qꝛ venient dies in te. ⁊ circumdabunt te ini
mici tui vallo ⁊ circūdabunt te ⁊ coanguſtabunt te
vndiqꝫ ⁊ ad terrā pſternent te. ⁊ filios tuos q̄ in te
ſunt ⁊ nō derelinquent in te lapidem ſupra lapidē.
eo qꝙ nō cognoueris tp̄s viſitationis tue. Et igreſ
ſus in templū cepit eijcere vendētes ⁊ emētes in illo
dicēs illis. Scp̄tū eſt qꝛ domꝰ mea domꝰ orōis eſt
Vos aūt feciſtis illā ſpeluncā latronū. Et erat q̄ti
die docēs in templo.

Dn̄ica. xi.
Ad chorintheos. xi.

FRēs. Notū vobis facio euangeliū quod p̄di
dicaui vobis qd ⁊ accepiſtis in q ⁊ ſtatis per
qd ⁊ ſaluamini. quia ratione p̄dicauerim vobis ſi
tenetis niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi em̄ vobis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

in p̃mis q̃d ⁊ accepi. q̃m chriſt⁹ mortu⁹ eſt ꝑ pctis
nris ſcd̃m ſcp̃turas Et qꝛ ſepult⁹ eſt ⁊ qꝛ reſurrexit
tercia die ſcd̃m ſcp̃turas. Viſus ē cephe ⁊ poſt hec
vndecim. deinde viſus ē plus q̃ꝫ quingentis fribus
ſimul. ex quib⁹ multi manent vſqꝫ adhuc. q̃daꝫ āt
dormierunt: deinde viſus ē iacobo. deinde apl'is oĩ
b⁹ Nouiſſime āt oĩm tanq̃ꝫ abortiue viſus eſt mihi
Ego eĩ ſum minim⁹ aploꝝ q̃ non ſum dign⁹ voca
ri apl's q̃m pſecut⁹ ſum ecciam dei. grã āt dei ſum
id quod ſum ⁊ grã e⁹ in me vacua non fuit

Luce. xviij.

IN illo tpe. dixit ieſus ad quoſdaꝫ q̃ in ſe ɔfi
debant tanq̃ꝫ iuſti ⁊ aſpnebãtur ceteros pa
rabolã iſtã dicens. Duo hoĩes aſcenderunt in tem
plo vt orarent. vn⁹ phariſe⁹ alter publican⁹ Pha
riſe⁹ āt ſtans hec apud ſe orabat. De⁹ gracias tibi
ago qꝛ non ſum ſicut ceteri hoĩes. raptores. iniuſti
adulteri: velut etiam hic publican⁹. Ieiuno bis in
ſabbato. decimas do oĩm que poſſideo. Et publica
n⁹ ſtans alonge. nolebat oculos leuare ad celum.
ſed pcutiebat pect⁹ ſuum dicens. De⁹ ppicius eſto
mihi pctõri. Amen dico vobis deſcendit hic iuſtifi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

cat9 in domū ſuā ab illo. qꝛ oīs q̄ ſe exaltat humili abit ⁊ q̄ ſe humiliat exaltabit

Dn̄ica. xij. Cor. iij.

FRēs. fiduciam talē habem9 p chriſtū ieſum ad deū. non qꝛ ſufficientes ſum9 aliq̄d cogitare a nobis quaſi ex nobis Sed ſufficientia nrā ex deo eſt q̄ ⁊ ydoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti. non lrā ſed ſpū. lrā ei occidit ſps autem viuificat. qꝛ ſi miniſtratio mortis litteris deformatā in lapidib9 fuit in gloria. Itaqꝫ vt filij iſrahel non poſſent intendere in faciē moyſi ꝓpter gloriam vultꝰ e9 que euacuatur. Quomodo non magis miniſtratio ſpiritꝰ erit in gloria. nā ſi miniſtratio damnationis eſt in glā. multomagis abundat miniſterium iuſticie in glā

Marci. vij.

IN illo tpe. Exiens ieſus de finib9 tyri venit per ſydonem ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et adducent ei ſurdū ⁊ mutum et deprecabantur eum vt imponat ei manum. Et apprehendens eū de turba ſeorſum. miſit digitos ſuos in auriculas ei9. Et expuens tetigit linguam eius. Et ſuſpiciens in celum. ingemuit. ⁊ ait illi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

illi. Effeta: quod eſt aprire. Et ſtatim aþte ſunt au
res e9 ⁊ ſolutū eſt vinculū lingue e9 ⁊ loquebať rcē
Et p̄cepit illis ne cui dicerent. q̄nto āt eis p̄cipiebat
tantomagis pl9 p̄dicabant ⁊ eo ampli9 āmiraban
tur dicentes. Bene oīa fecit. ſurdos fecit audire ⁊
mutos loqui.

Dñica. xiij. Gal. iij.

Fres. Abrahe dicte ſunt ꝓmiſſiones ⁊ ſemi
ni e9 Non dicit ⁊ ſeminib9 quaſi in multis.
ſed quaſi in vno ⁊ ſemini tuo qui eſt chriſt9. Hoc āt
dico teſtamentū confirmatū a deo que poſt q̄drin
gentos ⁊ triginta annos facta ē lex. non irrituꝫ fa
ciet ad euacuandū ꝓmiſſionē. Nam ſi ex lege here-
ditas iā non ex ꝓmiſſione. Abrahe āt ꝑ repromiſſi
onem donauit de9 Quid igitur lex ꝓpter tranſgreſ
ſores poſita eſt donec veniret ſemē cui ꝓmiſerat or
dinata ꝑ angelos in manu mediatoris. Mediator
āt vni9 non eſt. de9 autē vn9 eſt. lex aūt aduerſus
ꝓmiſſa dei abſit. Si eñ data eſt lex que poſſet viui
ficare vere ex lege eſſet iuſticia. Sed ꝯcluſit ſcrp̄tura
oīa ſub peccato. vt ꝓmiſſio ex fide ieſu chriſti dare-
tur credentib9

Luce. x.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

IN illo tp̄e d. i. d. ſ. Beati oculi qui vident q̄
vos videtis. Dico autem vobis ꝙ multi re
ges ꝛ ꝓphete voluerunt videre que vos videtis. ꝛ
non viderunt. ꝛ audire que vos auditis ꝛ non au-
dierunt. Et ecce quidā legiſperit⁹ ſurrexit temtās
eum dicens. Magiſter quid faciendo vitā eternaꝫ
poſſidebo? At ille dixit ad eum In lege q̄d ſcriptuꝫ
eſt? Quō legis? Et ille rūdens dixit. Diliges dn̄m
deū tuum ex toto corde tuo ꝛ ex tota anima tua. ꝛ
ex totis viribus tuis ꝛ ex omni mente tua ꝛ ꝓximuꝫ
tuū ſicut teipſum. Dixitq; illi. Recte rūdiſti. Hoc
fac ꝛ viues Ille āt volens iuſtificare ſeipſum. dixit
ad ieſum. Et q̄s eſt me⁹ ꝓxim⁹? Suſpiciens āt ie
ſus dixit. Homo quidam dūdebat de iheruſaleꝫ in
herico ꝛ incidit in latrones. qui etiam deſpoliaue
runt eum. ꝛ plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo r̄
licto. Accidit autem vt ſacerdos q̄dam aſcenderet
eadem via ꝛ viſo illo p̄teriȷ̄t. Similiter ꝛ leuita cuꝫ
eſſet ſecus locum ꝛ viderit illum ꝑtranſiȷ̄t. Sama-
ritan⁹ autē iter faciens venit ſec⁹ eū ꝛ videns eum
mia motus eſt ſuꝑ eum Et appropinquans alliga
uit vulnera eius. infundens oleū ꝛ vinum. Et im-
ponens iumentū ſuū duxit ad ſtabulū. ꝛ curam e⁹

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

eꝰ egit. Et altera die ꝓtulit duos denarios ⁊ dedit
ſtabulario ⁊ ait. Curã illiꝰ habe ⁊ quodcūq; ſupe-
rogaueris ego cū rediero reddã tibi. Quis hoꝝ tri
um videt tibi fuiſſe primꝰ illi q̄ incidit in latrones
At ille dixit. Qui fecit miaꝫ in illū. Et ait illi ieſus
Vade ⁊ fac ſiſr

Dñica decima — Gal. v.

FRatres. Spiritu ambulate ⁊ deſideria car-
nis non ꝑficietis. Caro eñ ɔcupiſcit aduer-
ſus ſpm̄. ſpiritꝰ ãt aduerſus carneꝫ. Hec enim ſibi
inuicem aduerſantur. ⁊ non quecūq; vultis illa fa
ciatis. Quod ſi ſpiritu ducimini nõ eſtis ſub lege.
Manifeſta autē ſunt opera carnis. que ſunt forni-
catio. immundicia. luxuria. ydoloꝝ ſeruitus. ve-
neficia. inimicitie. contēſiones. emulationes. ire.
rixe. diſſentiones. ſecte. herſes. inuidie. homicida.
ebrietates. commeſſationes. Et his ſimilia que p̄-
dico vobis ſicut predixi quoniã qui talia agunt reg
num dei non conſequentur. Factus autem ſpiritꝰ
eſt charitas gaudiū. pax pacientia. longanimitas
bonitas benignitas manſuetudo. fides modeſtia.
continentia caſtitas Aduerſus huiuſmodi non eſt
lex. qui autē ſunt chriſti carnē ſuam crucifixerunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

cū vicijs in ↄcupiſcentijs

Luce.xvi.

In illo tp̄e Dū iret ieſus in iheruſalē tranſi
bat p̱ mediā ſamariā ꝛ galileā Et cū ingre
deretur in quoddā caſtellū occurrerunt ei decē viri
leproſi q̄ ſteterunt alonge ꝛ leuauerunt vocē ſuā di
cētes Jeſu p̄ceptor miſerere nr̄i. Quos vt vidit di
xit Jte oſ̄dite vos ſacerdotibꝰ Et fcm̄ eſt dū irent
mundati ſunt. Vnꝰ āt ex illis vt vidit qꝛ mundatꝰ
eſt: ingreſſus eſt cū magna voce magnificās deū.
et cecidit in faciē ante pedes eꝰ grās agens. ꝛ hic
erat ſamaritanꝰ Rn̄dens āt ieſus dixit. Nōne decē
mundati ſunt. ꝛ nouē vbi ſunt? non eſt inuentꝰ q̄
rediret ꝛ daret glām deo niſi hic alienigena Et ait
illi. ſurge ꝛ vade qꝛ fides tua te ſaluū fecit.

Dn̄ica.v. Gal.v.ꝛ vi.

Frēs Si ſpū viuimus ſpū ꝛ ambulemus: nō
efficiami inanis glorie cupidi inuicem pre
uocantes inuicem inuidentes. Fratres ꝛ ſi preoc
cupatus fuerit homo in aliquo delicto vos qui ſpi
rituales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenita
tis conſiderans teipſum ne ꝛ tu tempteris. Alter
alterius onera portate: ꝛ ſic adimplebitis legem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

chriſti Nā qui ſe exiſtimat aliq̄d eſſe cū nihil ſit ipſe ſe ſeducit. Opꝰ āt ſuū ꝓbet vnuſquiſqꝫ ⁊ ſic in ſemetipſo tantā gl'am hēbit ⁊ non in altero. vnuſq̄ſqꝫ eīm onꝰ ſuū portabit. Cōmunicet autē is qui cathechiſatur verbo ei q̄ catheciſat in oībus bonis Nolite errare deꝰ non irridetur. Que enim ſeminauerit homo. hec ⁊ metet. q̄m qui ſeminat in carne ſua de carne ⁊ metet corruptionē. qui āt ſeminat in ſpiritu de ſpū ⁊ metet vitā eternā. Bonū āt faciente non deficiamꝰ. tpe eīm ſuo metemꝰ nō deficientes Ergo dū tps habemꝰ operemur bonū ad oēs maxie āt ad domeſticos fidei.

Mathei ſexto.

In illo tpe. d. i. d. ſ. Nemo p̄t duobꝰ dn̄is ſeruire. Aut vnū odio habebit ⁊ alteꝝ diliget aut vnū ſuſtinebit ⁊ alterū ꝯtemnet. Non poteſtis dō ſeruire ⁊ mām̄one. Ideo dico vobis ne ſolliciti ſcitis anime veſtre q̄d manducetis. neqꝫ corpori veſtro quid induamini. Nonne aīa plus eſt q̄ eſca⁊ et corpus plus q̄ veſtimentuꝫ? Reſpicite volatilia celi. quoniam non ſerunt neqꝫ metent neqꝫ congregant in horrea. Et pater veſter celeſtis paſcit illa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

nonne vos magis plures eſtis illis? Quis āt vr̄m
p̄t ei͏̈cere ad ſtaturā ſuā cubitū vnū. ⁊ de veſtimen
tis q̄d ſolliciti eſtis? ꝯſiderate lilia agri quō creſcūt
non laborant neq; nent. Dico āt vobis. ꝙ nec ſa
lomon in oī gloria ſua cooꝑt9 eſt ſicut vnū ex iſtis.
Si āt fenū agri quod hodie eſt. ⁊ cras in clibanum
mittitur. de9 ſic veſtit. quantomagis vos minime
fidei. nolite ergo ſolliciti eē dicentes. q̄d manduca
bim9 aut q̄d bibemus ⁊ coopiemur? Hec ei oīa gen
tes inquirūt. ſcit enim pr̄ vr̄ celeſtis qꝛ his oīb9 indi
getis. Querite ergo primū regnū dei. ⁊ iuſticiā e9
et hec oīa adÿcient vobis.

Dn̄ica. ij. Ephe. iij

FRēs obſecro vos. ne deficiatis in tribulatioi
b9 meis ꝓ vobis que eſt gl̄a vr̄a. Hui9 ergo
rei flecto genua mea ad p̄rē dn̄i nr̄i ieſu chriſti. ex
quo omnis p̄nitas in celo noīatur. vt det vobis
ſcd̄m diuitias glorie ſue v̄tutem corroborari ꝑ ſpm̄
e9. in interiori homine habitare chriſtum ꝑ fidem
in cordib9 veſtris. In charitate radicati ⁊ fundati
vt poſſitis comp̄hendere cum omnib9 ſanctis. que
ſit latitudo. longitudo. ſublimitas ⁊ ꝓfundum.
Scire etiam ſuꝑeminientē ſcientie charitatem chri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

ſti vt impleamini in oēm plenitudinē dei. Ei āt qui
potens eſt oia facere ſupabundanter quod petimꝰ
aut intelligimꝰ ſcđm virtutē q̄ operat in nobis Ip
ſi gl'a in ſecula. ⁊ in chriſto iheſu in oēs gn̄ationes
ſeculi ſclorum.

Luce ſeptimo.

IN illo tp̄e. Ibat ieſus in ciuitatē que vocat
naym ⁊ ibant cū illo diſcipuli eꝰ ⁊ turba co
pioſa. Cū āt appropinq̄ret porte ciuitatis. ecce de
functꝰ efferebat filiꝰ vnicꝰ cꝰ mr̄is ſue ⁊ hec vidua
erat ⁊ turba ciuitatis multa cū illa. Quā cū vidiſſz
dn̄s mīa motꝰ eſt ſup eā ⁊ dixit illi. Noli flere. ⁊ ac
ceſſit ⁊ tetigit loculū. Hi āt qui portabant ſteterūt. ⁊
ait. Adoleſcēs dico tibi ſurge. ⁊ recedit q̄ erat mor
tuꝰ ⁊ cepit loq̄ ⁊ dedit illū mr̄i ſue Accepit āt oīs ti
mor ⁊ magnificabant deū dicentes. Quia ꝓpheta
magnꝰ ſurrexit in nobis. ⁊ qꝛ deꝰ viſitauit plebem
ſuam.

Dn̄ica. xvij. Ephe. iiij.

FRēs obſecro vos ego vinctꝰ in dn̄o. vt digne
ambuletis vocatione q̄ vocati eſtis cum oī
humilitate ⁊ manſuetudine. cū pacia ſupportātes
inuicē in charitate. Solliciti ſeruate vnitatē ſpūs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

l

in vinculo pacis vnū corp⁹ ⁊ vn⁹ ſp̄s . ſicut vocati
eſtis in vnā ſpem vocatōis vr̄e. Vn⁹ dn̄s vna fides
vnū baptiſma. Vn⁹ de⁹ ⁊ pr̄ oim q̄ eſt ſup oēs ⁊ p
oia ⁊ in oib⁹ nobis q̄ eſt benedict⁹ in ſecula ſcłoꝝ.

Luce. xiiij.

In illo tp̄e. Cum intraret ieſus in domum
cuiuſdā principis phariſeoꝝ ſabbato. man
ducare panem ⁊ ipſi obſeruabant eum. Et ecce ho-
mo quidā ydropic⁹ erat ante illū. Et reſpondens
ieſus dixit ad legiſperitos ⁊ phariſeos dicens. Si
licet ſabbato curare? At illi tacuerunt. Ipſe vero
app̄henſum ſanauit eū ac dimiſit. Et reſpondens
ad illos dixit. Cuius veſtruꝫ aſinus aut bos in pu-
teum cadet ⁊ non continuo extrahet illū die ſabba-
ti? Et nō poterant ad hec reſpondere illi. Dicebat
autē ad inuitatos pabolam. intendens quomodo
primos accubitus eligerent dicens ad illos. Cum
inuitatus fueris ad nuptias non diſcumbas in pri
mo loco. ne forte honoratior te ſit inuitatus ab eo
et veniens is qui te ⁊ illū vocauit dicat tibi. da hu-
ic locū. ⁊ tunc incipias cū rubore nouiſſimū locū te
nere. Sed cū vocat⁹ fueris: vade recūbe in nouiſſi
mo loco vt cum venerit qui te inuitauit. ⁊ dicat ti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

bi. amice aſcende ſupius Tunc erit tibi gl̃ia coram ſimul diſcūbentib9: q2 oīs q̄ ſe exaltat huīliabit ꝛ q̄ ſe huīliat exaltabitur

Dn̄ica. viij. Prima. corin. i.

Ratias ago deo meo ſp̄ ꝓ vobis in grā dei q̄ data eſt vobis in chriſto ieſu q2 in oībȝ diuiti facti eſtis in illo. in oī verbo ꝛ oī ſcia ſicut teſtimoniū chriſti ꝯfirmatū eſt in vobis: ita vt nihil vobis deſit in vlla grā expectantib9 reuelatōeȝ dn̄i nr̄i ieſu chriſti. q̄ ꝛ ꝯfirmabit vos vſq3 in finē ſine crimine in die aduent9 dn̄i nr̄i ieſu chriſti

Mathei. xxij.

In illo tp̄e Acceſſerūt ad ieſum pharizei: ꝛ interrogauit eum vn9 ex eis legiſdoctoꝛ tētans eum. Mgr̄ quod eſt mandatū magnū in lege? Ait illi ieſus Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo ꝛ ex tota anima tua ꝛ ex tota mente tua. Hoc ē maximū ꝛ primū mandatū. Secundū aūt ſimile eſt huic Diliges ꝓximū tuū ſicut teipſum. In hijs duob9 mādatis tota lex pendit ꝛ prophete. Congregatis aūt pharizeis interrogauit eos ieſus dicēs Quid videtur vobis de chriſto c9 fili9 eſt? Dicunt ei dauid

ait illi. quō ergo dauid in ſpū vocat eū dñm dicēs.
Dixit dñs dño meo ſede a dextris meis donec ponā
inimicos tuos ſcabellū pedū tuoꝝ. ſi ergo dauid vo
cat eū dñm quō filiꝰ eꝰ eſt? Et nemo poterat rūde-
re ei vbum. neqꝫ auſus fuit quiſꝗ ex illa die eū am
pliꝰ interrogare.

Dñica. xix. Ephe. iiij.

Frēs renouamini ſpū mētis vrē: ꝛ induite no
uū hoīem q̄ ſcdm deū creatꝰ eſt in iuſticia ꝛ ſcitate
veritatis ꝑpter qd deponētes mendaciū. loqmini
vnuſquiſqꝫ veritatē cū ꝓximo ſuo qm̄ nos ſumꝰ in
uicē membra Iraſcimini ꝛ nolite peccare. Sol non
occidat ſup iracundiā vrām. nolite locū dare dya-
bolo. q̄ furabat iam non furet. Magis āt laboret
opando manibꝰ ſuis qd bonū eſt. vt hēat vnde tri
buat ncciratē patienti

Mathei nono.

In illo tpe Aſcēdēs ieſus in nauiculā tranſfretauit
et venit in ciuitatē ſuā. Et ecce offerebant ei para-
liticū iacentē in lecto. Et videns ieſus fidem illorū
dixit paralitico. Confide fili ꝛ remittunt tibi oīa
peccata tua. Et ecce quidā de ſcribis dixerūt intra
ſe. Hic blaſphemat. Et cū vidiſſet ieſus cogitatio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

tiones eoꝝ dixit. Ut q̄d cogitatis mala in cordibꝰ veſtris? q̄d eſt faciliꝰ dicere. dimittunt tibi omnia pctā tua. an dicere ſurge ⁊ ambula? Ut āt ſciatis. qꝛ filiꝰ hoīs habet ptātem dimittendi pctā in terra Tunc ait paralitico. Surge ⁊ tolle lectū tuū. ⁊ vade ad domū tuā. Et ſurrexit ⁊ abijt in domū ſuā. Videntes āt turbe timuerunt ⁊ glorificauerūt deū q̄ dedit ptātem talem hoībꝰ.

Dn̄ica. xx.

Ad epheſios. quinto

FRēs videte quō caute ambuletis non q̄ſi inſipientes ſꝫ q̄ſi ſapientes redimētes tp̄s q̄m dies mali ſunt. ꝑpterea nolite fieri imprudētes. ſꝫ intelligentes q̄ ſit voluntas dei. ⁊ nolite inebriari vino in q̊ eſt luxuria. ſꝫ impleamini ſpū ſcō. loquētes vobiſmetipſis in pſalmis ⁊ ymnis ⁊ canticis ſpūalibꝰ cātantes ⁊ pſallētes in cordibꝰ vrīs. dn̄o grās agentes ſp̄ ꝑ oībꝰ in noīe dn̄i nrī ieſu criſti deo prī inuicē ſubiecti in timore chriſti

Mathei. xx.

IN illo tp̄e. loquebat ieſus cum diſcipulis in parabolis dicens Simile fcm̄ eſt regnū celorū hoī regi. qui fecit nuptias filio ſuo. ⁊ miſit ſeruos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

ſuos vocare inuitatos ad nuptias ⁊ nolebāt veire
Iterꝫ miſit alios ſeruos dicēs Dicite inuitatis. ec-
ce prandiū meū paraui Thauri mei ⁊ altilia occiſa
ſunt ⁊ oīa pata ſunt venite ad nuptias. Illi āt ne
glexerūt ⁊ abierūt. ali⁹ in villā. ali⁹ vero ad negocia-
tionē ſuā. Reliq̄ vero tenuerunt ſeruos e⁹ ⁊ in cō
tumelia affectos occiderunt. Rex vero cū audiſſet
irat⁹ eſt. Et miſſis exercitib⁹ ſuis perdidit homici
das illos ⁊ ciuitatē ſuccendit. Tunc ait ſeruis ſu
is Nuptie q̄dem parate ſunt ſed qui inuitati erant
non fuerunt digni Ite ergo ad exitus viarū ⁊ quoſ
cunqꝫ inueneritis vocate ad nuptias Et egreſſi ſer
ui e⁹ ꝯgregauerunt oēs quos inuenerunt bonos ⁊
malos ⁊ implete ſunt nuptie diſcumbentiū. Intra
uit autem rex vt videret diſcumbentes Et vidit ho
minē non veſtitū veſte nuptiali. ⁊ ait illi. Amice.
quō huc intraſti non habens veſtē nuptialem? At
ille obmutuit Tunc rex dicit miniſtris ligatis ma
nib⁹ ⁊ pedib⁹ mittite eū in tenebras exteriores. ibi
erit fletus et ſtridor dentiū. Multi āt ſunt vocati.
pauci vero electi.

Dñica. xx.
Ad epheſios ſexto.

FRēs confortamini in dño ⁊ in potentia ṽtu
tis eꝰ. Induite vos armaturā dei. vt poſſi
tis ſtare aduerſus inſidias diaboli. qm̄ non eſt vo
bis colluctatio aduerſus carnē ⁊ ſanguinē ſꝫ aduer
ſus principes ⁊ ptātes. aduerſus mundi rectores
tenebrarū har. ↄtra ſpūales neq̄cias in celeſtibus
Propterea accipite armaturā dei vt poſſitis reſiſte
in die malo ⁊ in oībꝰ pfecte ſtare State ergo ſuccin
cti lumbos vrōs in veritate ⁊ induti loricā iuſticie ⁊
calciati pedes in p̄paratione euangelij pacis In oībꝫ
ſumetis ſcutū fidei. in q̄ poſſitis ōnia tela neq̄ſſimi
ignea extinguere. ⁊ galeā ſalutis aſſumite ⁊ gladiū
ſp̄s quod eſt ṽbum dei

Mathei quarto

In illo tp̄e. Erat quidam regulus cuius fili
us infirmabatur capharnaū. Hic cum au
diſſet qꝛ ieſus adueniret. a iudea in galileam. abijt
ad eū ⁊ rogabat vt deſcenderet ⁊ ſanaret filiū eius
incipiebat enim mori. Dixit ergo ieſus ad eum Ni
ſi ſigna ⁊ prodigia videritis non creditis. Dicit ad
eum regulus. Domine deſcende priuſq̄ moriatur
filius meꝰ Dicit ei ieſus Vade filius tuꝰ viuit. Cre
dit homo ſermoni quem dixit ei ieſus ⁊ ibat. Iam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

ãt deſcendente ſerui eꝰ occurrerunt ei ⁊ nunciauerũt ei dicentes. qꝛ filiꝰ eꝰ viueret. Interrogabat ergo horã ab eis in qua meliꝰ habuerat. ⁊ dixerũt ei. qꝛ heri hora ſeptima reliquit euꝫ febris. Cognouit ergo pr̃ qꝛ in illa hora erat in q̃ dixit ei ieſus. filiꝰ tuꝰ viuit. ⁊ credidit ipſe ⁊ domꝰ eꝰ tota.

Dñica. xxij. Ad phil. iij.

Frẽs Confidimꝰ in dño ieſu quia qui cepit in vobis opꝰ bonũ ꝑficiet vſqꝫ in diem ieſu criſti. Sicut eſt mihi iuſtũ hoc ſentire ꝓ omnibꝰ vobis. eo ꝙ habeã vos in corde meo ⁊ in vinculis meis ⁊ in defenſione. ⁊ in confirmatione euangelij ſocios gaudij mei omnes vos eſſe. Teſtis em̃ mihi ẽ deꝰ quõ cupiam vos omnes in viſceribꝰ ieſu chriſti Et hoc oro vt charitas veſtra magis ac magis habundet in oĩ ſcĩa ⁊ in omni ſenſu. vt ꝓbetis potiora ⁊ ſitis ſinceres ⁊ ſine offenſa. vſqꝫ in diem iheſu chriſti. repleti fructu iuſticie ꝑ ieſum chriſtũ in gloriam ⁊ laudẽ dei

Mathei. xviij.

In illo tp̃e d. i. d. ſ. pabolã hanc. Simile eſt regnũ celorũ homini regi. qui voluit ratio

nē ponere cū ſeruis ſuis. Et cū cepiſſet rationē po
nere. oblatꝰ eſt ei vnꝰ. qui debebat ei decem millia
talenta. Cū autē non haberet vnde redderet. miſit
eum dn̄s venundari ⁊ vxorē eꝰ ⁊ filios eꝰ ⁊ omnia
que habebat. ⁊ reddi. Procidens autē ſeruus ille.
rogabat. Pacientiā habe in me ⁊ omnia reddā ti-
bi. Miſertꝰ autē dominꝰ ſerui illiꝰ dimiſit eū. ⁊
debitū dimiſit illi. Egreſſus autē ſeruus ille. inue
nit vnū de conſeruis ſuis. qui debebat ei centū de
narios. ⁊ tenens ſuffocabat eū dicens. Redde qđ
debes. Et procidens conſeruus eꝰ. rogabat eum
dicens. Pacientiā habe in me ⁊ omnia reddā tibi.
Ille autē noluit. ſed abijt ⁊ miſit eū in carcerē. do
nec redderet debitū. Videntes autē conſerui eꝰ que
fiebant contriſtati ſunt valde. ⁊ venerunt ⁊ narra
uerunt dn̄o ſuo oīa que facta fuerant. Tunc voca
uit illū dn̄s ſuꝰ ⁊ ait illi. Serue neq̄. Omne debi-
tū dimiſi tibi qm̄ rogaſti me: nōne ergo oportuit ⁊
te miſereri ꝯſerui tui ſicut ⁊ ego tui miſertus ſum?
Et iratꝰ dn̄s eꝰ tradidit eū tortoribꝰ. q̇adusqꝫ red
deret vniuerſum debitū. Sic ⁊ pr̄ meꝰ celeſtis faci-
et vobis ſi non remiſeritis vnuſquiſqꝫ frī ſuo đ cor
dibꝰ veſtris.

Fres. Imitatores mei eſtote obſeruātes eos q̄ ita ambulant ſicut habetis formā veſtrā. Multi enim ambulant q̄s ſepe dicebā vobis Nunc āt flens dico inimicos crucis chriſti quorū finis in terit⁹ quor̄ de⁹ venter eſt ⁊ gl̄a in confuſione ipſorum. q̄ terrena ſapiunt. noſtra āt ꝯuerſatio eſt in celis. Unde etiā ſaluatorē expectam⁹ dn̄m noſtruȝ ieſum chriſtū. qui reformabit corp⁹ humilitatis noſtre configuratū corpori claritatis ſue ſc̄dm operationē qua poſſet etiā ſubijcere ſibi oīa In chriſto ieſu dn̄o nr̄o

Mathei. xxij..

In illo tempore. Abeuntes pharizei conſilium inierunt vt caperēt ieſum in ſermone. ⁊ mittunt ei diſcipulos ſuos cū herodianis dicētes. Magiſter: Scimus quia verax es. ⁊ viam dei in veritate doces. Et non eſt tibi cura de aliquo. Non enim reſpicis perſonā hominis. Dic ergo nobis. quid tibi videtur. licet cenſum dare ceſari an non? Cognouit aūt ieſus iniquitatē eoruȝ. ⁊ ait. Quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

me tētatis ypocrite. oſtendite michi nūmiſma cen-
ſus. At illi obtulerunt ei denariū.. Et ait illis ihe
ſus. Cui9 eſt ymago hec ꝛ ſupſcriptio? Dicūt ei ce
ſaris. Tunc ait illis. Reddite ergo que ſunt ceſa-
ris ceſari. ꝛ q̄ ſunt dei deo

Dñica vltima Iheremie. xxiij.

Ecce dies veniunt dicit dñs. ꝛ ſuſcita boger men iuſtū ꝛ regnabit rex ꝛ ſapiens erit. ꝛ faciet iudiciū ꝛ iuſticiā in terra. In dieb9 illis ſaluabitur iuda ꝛ iſrahel hereditabit confidenter. ꝛ hoc eſt nomen quod vocabunt eū dñs iuſt9 noſter. Propter hoc ecce dies veniunt dicit dñs. Et non dicent vltra viuit dñs qui eduxit filios iſrahel de terra egipti. ſed viuit dñs qui adduxit ſemen dom9 iſrahel. de terra aquilonis ꝛ de cunctis terris ad quas eyecerim eos illuc.. Et habitabunt in terra ſua. dicit dñs oms.

Euangeliū. Cū ſubleuaſſet ieſus oculos ſuos vtē. in quadragesima. Dñica. letare

¶ In feſto ſci andree. Roma. x.

FRēs Corde credit ad iuſticiā. ore aūt ꝯfeſ
ſio fit ad ſalutē. Dicit ei ſcrîptura. Oīs
q̄ credit in illū non ꝯfundet. Non ei eſt
diſtinctio iudei ⁊ greci. nā idem dn̄s oīm diues in
oēs q̄ inuocant illū. Oīs ei quicūqꝫ inuocauerit no
mē dn̄i ſaluꝰ erit. Quō ergo inuocabūt ī quē nō credi
derūt? aut quō credent ei q̄ꝫ nō audierūt? quō audiēt
ſine p̄dicante? quō vero p̄dicabunt niſi mittant. ſi
cut ſcriptū ē. q̄ꝫ p̄cioſi pedes euangelizantiū pacē.
euangelizantiū bona! ſꝫ non oēs obediūt euāgelio
Iſayas āt dicit. Dn̄e q̄s credit auditui nr̄o? ergo
fides ex auditu. auditꝰ āt p̄ vbuꝫ chriſti. ſꝫ dico nū
q̄d audierūt? ⁊ q̄dem In oēm terrā exiuit ſonꝰ eoꝝ.
et in fines orbis terre vba eoꝝ

¶ Mathei quarto

IN illo tp̄e. Ambulans ieſus iuxta mare ga
lilee. vidit duos frēs ſimonē q̄ vocat petrꝰ
et andreā frēm eꝰ mittentes rethe in mare. Erāt ei
piſcatores. Et ait ad illos. Venite poſt me faciam
vos piſcatores hoim. At illi continuo relictis rethi
bꝰ ⁊ naui ſecuti ſunt eū. Et ꝓcedens inde vidit ali

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

os duos frēs iacobū zebedei ⁊ iohēm frēm eꝰ in na
ui cū zebedeo prē eoꝝ reficiētes rethia ſua ⁊ vocauit
eos Illi āt relictis rethibꝰ ſecuti ſunt eū.

¶ Nycolae epī

Ecce ſacerdos magnꝰ q̄ in diebꝰ ſuis placuit
deo ⁊ inuentꝰ eſt iuſtꝰ Et in tpe iracūdie fac
tꝰ ē reconſiliatio Non eſt inuentꝰ ſilis illi q̄ ꝯſerua
ret legē excelſi Ideo iure iurādo fecit illū dn̄s creſce
re in plebē ſuā. Benedictionē oīm gentiū dedit illi
et teſtamentū ſuū ꝯfirmabit ſup caput eꝰ. Cogno
uit eū in benedictionibꝰ ſuis. ꝯſeruauit illi miaꝫ ſu
am ⁊ inuenit grām corā oculis dn̄i. Magnificauit
eū in ꝯſpectu regū. ⁊ dedit illi coronā glīe. Statuit
illi teſtamentū ſempiternū ⁊ dedit illi ſacerdotium
magnū ⁊ beatificauit illū in glīa. Fungi ſacerdotio
et habere laudē in noīe ipſiꝰ Et offerri illi incēſum
dignū in odorem ſuauitatis

¶ Luce decimo

In illo tpe d.i.d.ſ. Sint lumbi vrī p̄cincti ⁊ lucerne
ardētes in manibꝰ vrīs Et vos ſimiles hoībꝰ expec
tantibꝰ dn̄m ſuū qn̄ reuertatur a nuptiis. vt cū ve
nerit ⁊ pulſauerit confeſtim aperietur. Beati ſerui

illi q̄s cū venerit dn̄s inuenerit vigilātes Amē dico vobis q̄ p̄cinget ſe ⁊ faciet illos diſcūbere. ⁊ tranſi ens miniſtrabit illis Et ſi venerit in ſcd̄a vigilia. ⁊ ſi in tercia vigilia venerit ⁊ ita inuenerit beati ſunt ſerui illi. Hoc āt ſcitote qm̄ ſi ſciret p̄rfamilias qua hora fur veniret vigilaret vtiqꝫ ⁊ non ſineret pfodi domū ſuā. Et vos eſtote pati q꞉ qua hora non pu‐ tatis fili⁹ hoīs veniet

Conceptio virginis marie.

Eccleſiaſtici. xx.

Ego q̄ſi vitis fructificaui ſuauitatē odoris. et flores mei fruct⁹ honoris ⁊ honeſtatis. Ego mr̄ pulchre dilectionis ⁊ timoris ⁊ magnitudi nis ⁊ ſci ſpei. In me oīs gracia vie ⁊ veritatis. In me oīs ſpes vite ⁊ v̄tutis Tranſite ad me oēs q̄ cō cupiſcitis me ⁊ a generationib⁹ meis adimplemini Spirit⁹ me⁹ ſup mel ⁊ dulcis. ⁊ hereditas mea ſup mel ⁊ fauū. Memoria mea in generatione ſcloꝝ. Qui edunt me adhuc eſurient. Et q̄ bibunt me ad huc ſitient. Et q̄ audit me non confundetur. Et q̄ opantur in me non peccabunt. Et q̄ elucidant me vitā eternā habebunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

Mathei p̄mo.

Liber generationis ieſu chriſti filij dauid . fi
lij abraham . Abrahā āt genuit yſaac . Iſa
ac āt genuit iacob . Jacob āt genuit iudam ⁊ frēm
e9 Judas aūt genuit phares ⁊ zaram de thamar.
Phares āt genuit eſron . Eſron āt genuit aram .
Aram āt genuit aminadab . Aminadab āt genuit
naaſon . Naaſon aūt genuit ſalmon . Salmon āt
genuit boos de raab . Boos autē genuit obeth ex
ruth . Obeth āt genuit yeſſe . Jeſſe autē genuit da
uid regē . Dauid autē rex genuit ſalomonem ex ea
que fuit vrie . Salomon autē genuit roboam . Ro
boas āt genuit abyam . Abyas āt genuit aza . Aza
autē genuit ioſaphat . Joſaphat autē genuit iozā .
Jozam autē genuit oziam . Ozias autē genuit ioa
chim . Joachim autē genuit achas Achas autem
genuit ezechiā . Ezechias autē genuit manaſſen . .
Manaſſes autem genuit amon . Amon autem ge
nuit yoſiam . Joſias autē genuit iheconiam . ⁊ fra
tres eius in tranſmigratione babilonis . Et poſt
tranſmigrationē babilonis iheconias genuit ſala
thiel . Salathiel autē genuit ſorobabel . Sorobabel
aūt genuit abiud . Abiud āt genuit eliachim . Elia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

chim āt genuit azor Azor āt genuit zadoch zadoch
āt genuit achim Achī āt genuit eliud. Eliud āt ge
nuit eleazar Eleazar āt genuit mathan Mathā āt
genuit iacob Jacob āt genuit ioſeph viꝝ marie De
q̄ natus eſt ieſus q̄ vocatur chriſtus

Thome apł'i Eccł. iiij.

Beatus vir qui in ſapiā morabitur: ⁊ qui in
iuſticiā meditabitur ⁊ in ſenſu cogitabit circūſpect
ionem dei Cibabit illū pane vite ⁊ intellectus et aq̄
ſapiētie ſalutaris potabit illū. Et firmabitur in il
lo ⁊ non flectet ⁊ ꝯtinebit illū ⁊ non ꝯfūdetur. ⁊ ex
altabit illū aput ꝓximos ſuos Et noīe eterno here
ditabit illū dn̄s deus noſter

Joannis. xx.

In illo tpe. Thomas vn⁹ ex duodecim qui dicitur
didimus non erat cum eis qn̄ ieſus venit Dixerūt
ergo ei alij diſcipuli. Vidim⁹ dn̄m Jlle āt dixit eis
Niſi videro in manibus eius fixurā clauoꝝ. ⁊ mit
tam manū meam in latus eius non credam. Et
poſt dies octo iterum erant diſcipuli eius intus ⁊
thomas cū eis Venit ieſus ianuis clauſis. ⁊ ſtetit
in medio ⁊ dixit. Pax vobis. Deinde dicit thome:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

Infer digitū tuū huc ⁊ vide man⁹ meas ⁊ affer ma
nū tuā ⁊ mitte in lat⁹ meū ⁊ noli eſſe incredul⁹ ſꝫ fi
delis. Rn̄dit thomas ⁊ dixit ei. Dn̄s me⁹ ⁊ de⁹ me-
us Dicit ei ieſus. qꝛ vidiſti me ⁊ credidiſti. bt̄i q̄ nō
viderunt ⁊ crediderūt.

Ponciani martiris.

IUſtū deduxit dn̄s p vias rectas ⁊ oñdit illi
regnū dei. ⁊ dedit illi ſciam ſcōꝝ. Honeſta
uit illū in laborib⁹ ⁊ ꝯpleuit labores illi⁹. In frau
de circūuenientiū illi affuit ⁊ honeſtū fecit illū. Cu
ſtodiuit eū ab inimicis ⁊ a ſeductorib⁹ tutauit illū
et certamē forte dedit illi vt vinceret ⁊ ſciret. q̄m po
tentior oīm eſt ſapia. Hec venditū iuſtū non dereli
quit. ſꝫ a pctōribus liberauit eū. Dn̄ditqꝫ cū illo in
foueā ⁊ in vinculis non dereliquit illū. donec aufe
ret ſceptꝝ regni ⁊ potentiā aduerſus eos dep̄nebāt
et mendaces oñdit q̄ maculauerūt illū ⁊ dedit illi cla
ritatē eternam dn̄s de⁹ nr̄

Mathei. xvi.

IN illo tp̄e. d. i. d. ſ. Si q̄s vult venire p⁹ me
abneget ſemetipſum ⁊ tollet crucem ſuam. ſe
quatur me. Qui em̄ voluerit aīam ſuam ſaluā fa-
cere pdet eā. q̄ āt pdiderit aīam ſuam ꝓpter me. in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

ueniet eã. q̄d ei ꝓdeſt hoī ſi mundū vniuerſuꝫ lucre
tur. aīe vero ſue detrimentū patiat᷑ aut quā dabit
hō ꝯmutatōem ꝓ aīa ſua᷑ Filiꝰ ei hoīs venturꝰ eſt
in gl̃a p̄ris cū angelis ſuis. ⁊ tunc reddet vnicuiq꞉
ſcd̄m opa ſua Amē dico vobis ſunt q̄dā de hic ſtan
tibꝰ. q̄ n̄ guſtabūt mortē donec videant filiū hoīs
venientē in regno ſuo

Agnetis v̄ginis Eccl. li.

Confitebor tibi dn̄e rex. ⁊ collaudabo te deū
ſaluatorem meū. ꝯfitebor nomini tuo. qm̄
adiutor ⁊ ꝓtector factꝰ es mihi. ⁊ liberaſti corpus
meū a ꝑditione. a laqueo lingue inique. ⁊ a labijs
opantiū mendaciū. in ꝯſpectu aſtantiū factus es
mihi adiutor ⁊ liberaſti me ſcd̄m multitudinem no
minis tui. A rugientibꝰ p̄paratis ad eſcam de ma
nibꝰ pſequentium aīam meā. ⁊ de multis tribulati
onibꝰ que circumdederunt me. A preſſura flamme
que circumdedit me. Et in medio ignis non ſum
eſtuata. A multitudine ventris inferi. ⁊ a lingua
coinquinata. ⁊ a verbo mendacij. A rege iniquo.
et a lingua iniuſta.. laudabit vſq꞉ ad mortē aīma
mea dominum. Et vita mea erat appropinquans
in inferno deorſum. Circūdederat me vndiq꞉ ⁊ nō

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

erat q̃ adiuuaret. Reſpiciēs erã ad adiutoriũ meũ et nõ erat. Memorata ſum mie tue dñe ⁊ cooꝑatiõis tue q̃ a ſcl'o ſunt. Quõ eruis ſuſtinētes te ⁊ liberas eos de manu anguſtie dñs de⁹ nr̃

Mathei. xxv.

In illo tp̃e. d. i. d. ſ. parabolã hanc. Sile ē regnũ celoꝝ decem virginib⁹ que accipiẽtes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo ⁊ ſponſe. Quinqꝫ ãt ex eis erant fatue. ⁊ quinqꝫ prudentes. Sed quinqꝫ fatue acceptis lampadib⁹ non ſumpſe runt oleũ ſecũ. Prudentes vero accepert̃ oleum in vaſis ſuis cũ lampadib⁹. Morã aũt faciente ſpon ſo dormitauerunt oẽs ⁊ dormierunt. Media autẽ nocte clamor factus eſt. ecce ſponſus venit exite ob uiã ei. Tunc ſurrexerunt oẽs virgines ille. ⁊ orna uerunt lãpades ſuas Fatue ãt ſapientib⁹ dixerunt Date nobis de oleo vrõ qꝛ lampades nr̃e extinguũ tur. Rñderunt prudentes dicentes Ne forte nõ ſuf ficiat nobis ⁊ vobis. ite poti⁹ ad vendentes ⁊ emi te vobis. Dũ autẽ irent emere venit ſponſus ⁊ que parate erãt intrauerunt cũ eo ad nuptias Et clau ſa eſt ianua. Nouiſſime vero veniũt ⁊ relique virgi nes dicentes Dñe dñe aperi nobis. At ille rñdens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

ait Amē dico vobis Neſcio vos Vigilate itaqȝ qꝛ ne
ſcitis diē neqȝ horā

In ꝯverſione pauli. Ac. ix.

IN diebꝰ illis Saulꝰ adhuc ſpirās minarū ⁊
cedis in diſcipulos dn̄i. acceſſit ad principē
ſacerdotū ⁊ petijt ab eo epſ̄as in damaſcū ad ſyna
gogas vt ſi quos inueniſſet huiꝰ vie viros ac mulie
res vinctos ꝑduceret in iheruſalē. Et cū iter facerȝ
contingit vt appropinq̄ret damaſco. Et ſubito cir
cumfulſit eū lux de celo ⁊ cadens in terram audiuit
vocē dicentē ſibi. Saule ſaule q̄d me ꝑſequeris? q̄
et dixit. Quis es dn̄e? At ille dixit. Ego ſum ieſus
nazarenꝰ q̄ꝫ tu ꝑſequeris. Durū eſt tibi ꝯtra ſtimu
lū calcitrare. Et tremens ac ſtupens dixit Dn̄e q̄d
vis me facere? Dn̄s ait ad eum. Surge ⁊ ingredere
ciuitatē ⁊ dicetur tibi q̄d te opoꝛteat facere. Viri aūt
q̄ comitabantur cū eo ſtabant ſtupefacti audiētes
quidē vocē. neminē autē videntes Surrexit autem
ſaulꝰ de terra aꝑtis oculis nihil videbat. ad manū
autē illū trahentes introduxerunt damaſcum. Et
erat tribꝰ diebus non videns. ⁊ non manducauit
neqȝ bibit. Erat autē diſcipulꝰ ananyas ⁊ ad illuȝ

in viſu dixit dñs Ananya: Ac ille ait. Ecce dñe.
Et dñs dixit ad illũ. Surgens vade in vicum quí
dicitur rectus ⁊ quere in domũ iude ſaulum noīe
tharſenſem. ecce enim orat. Et vidit virũ ananiaꝫ
noīe introeuntem ⁊ imponentē ſibi manus. vt vi
ſum recipiat. Reſpondit āt ananyas Domine au
diui a multis de viro hoc quanta mala ſanctis tu
is fecit iu iheruſalē. Et hic habet poteſtateꝫ a prin
cipibus ſacerdotũ alligandi oēs qui inuocant no
men ſcm̄ tuũ. Dixit āt ad eum dñs Vade qm̄ vas
electionis eſt mihi iſte: vt ipſe portet nomen meuꝫ
corā gentibꝰ ⁊ regibꝰ ⁊ filijs iſrahel. Ego ei oſten
dā illi quanta eũ oporteat pati ꝓ nomine meo. Et
abijt ananyas ⁊ introiuit in domũ ⁊ imponens ei
manus dixit. Saule frē dñs ieſus miſit me q̇ appa
ruit tibi in via qua veniebas vt videas ⁊ iplearis
ſpũ ſcō. Et ꝯfeſtim ceciderūt ab oculis eiꝰ tāꝗ ſqua
me ⁊ viſum recepit. ⁊ ſurgens baptiſatꝰ eſt. ⁊ cuꝫ
accepiſſet cibũ ꝯfortatus eſt. Fuit āt cũ diſcipulis
q̇ erant damaſci ꝑ dies aliquot ⁊ ꝯtinue in ſinago
gis p̄dicabat ieſum qm̄ hic eſt filiꝰ dei. Stupebāt
āt omnes q̇ audiebant ⁊ dicebant Nonne hic eſt q̇
expugnabat in ihrl'm eos q̇ inuocabāt nom̄ iſtud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

Et huc ad hoc venit · vt vinctos illos pducerent ad pncipes ſacerdotum. Saul⁹ āt magis ꝯualeſcebat et ꝯfundebat iudeos q̄ hītabant damaſci affirmās q̄m hic eſt chriſt⁹ ·

Mathei · xix ·

IN illo tpe · dixit ſimonpetr⁹ Ecce nos reliq̄m⁹ oīa ⁊ ſecuti ſum⁹ te · q̄d ergo erit nobis? Iheſus āt dixit illis Amē dico vobis ꝙ vos oēs q̄ ſecuti eſtis me · in gnātione cū ſederit fili⁹ hoīs in ſede maieſtatis ſue ſedebitis ⁊ vos ſup ſedes duodecim iudicātes duodecim trib⁹ iſrahel. Et oīs q̄ reliq̄rit domū vel frēs aut ſorores aut prēm aut mrēz. aut vxorē aut filios aut agros ꝓpter nomē meū centuplū accipiet ⁊ vitā eternā poſſidebit.

Lectio machabei · iij ·

Purificatio marie virginis ·

HEc dicit dn̄s deus · Ecce ego mitto angeluz meum · ⁊ ꝑpabit viam tuam ante faciē tuam · Et ſtatim veniet ad templū ſanctū tuū dominator quē vos queritis · ⁊ angel⁹ teſtamenti quem vos vultis · Ecce venit domin⁹ exercituū · ⁊ quis poterit cogitare diem aduent⁹ ei⁹? aut quis ſtabit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 92

videndū eū. ipſe ei q̄ſi ignis ꝯflans ⁊ q̄ſi herba ful
lonū ⁊ ſedebit ꝯflās ⁊ mundās argentū ⁊ purgabit
filios leui ⁊ colabit eos q̄ſi aurꝫ ⁊ q̄ſi argentū. erūt
dño offerentes ſacrificia in iuſticia ⁊ placebit dño
ſacrificiū iuda in ihr̄lm ſicut dies ſcl̄i ⁊ anni anti-
q̄ dicit dn̄s ops

Luce. ij.

In illo tp̄e. Poſtq̄ȝ impleti ſunt dies purga
tionis marie ſcd̄m legē moyſi Tulerūt ieſuȝ
